

4. Beneficia mortis Christi non omnibus quidem & singulis, sed solis fidelibus applicantur; attamen applicari possunt & debent, ex intentione Dei, 2. *Tim. IV*, 4. 8. *Jes. LIII*, 4. 5. 6. qui fidem, applicationis medium, offert omnibus, *Act. XVII*, 31.

5. Evangelium omnibus prædicatur, & omnibus fidelibus promittit beneficia mortis Christi, *Marc. XVI*, 15. 16. *Job. III*, 36.

6. Dicitur quidem Christus nos redemisse ex omni tribu; *Apoc. V*, 9. verum, hic redemptio, una cum applicatione, spectatur, *Rom. X*, 4. 11. *seqq.*

7. Mors Christi in S. Scriptura restringitur ad multos, *Matth. XX*, 28. *Hebr. IX*, 28. id est, omnes, 1. *Job. II*, 2. *Luc. XIX*, 10. *Job. V*, 24. 28. *seq.* licet non omnes sint oves Christi, *Job. X*, 15. populus Christi, *Matth. I*, 21. Ecclesia Christi; *Epb. V*, 25 - 27. *Act. XX*, 28. sed hirci, *Matth. XXV*, 33. & inimici Christi crucifixi dentur multi, quorum finis est damnatio, *Philipp. III*, 18. 19.

8. Pro quibus Christus mortuus est, pro iis etiam intercedit; 1. *Joh. II*, 1. 2. *Rom. VIII*, 33. 34. At, pro toto mundo, i. e. omnibus hominibus Christus est mortuus, *Rom. V*, 6. 8. 18. 19. Ergo. Quamvis pro mundo (intellige pro reprobis) non intercedat specialiter, *Job. XVII*, 9.

9. Qui per mortem Christi Patri reconciliantur, (scil. non tantum ratione acquisitionis, sed applicationis hujus beneficii simul, *Job. I*, 12.) iis non imputantur peccata, 2. *Cor. V*, 19. *Rom. VIII*, 33.

10. Pro quibus Christus est mortuus, eos maximo complectitur amore; *Job. XV*, 13. *Rom. V*, 8. Atqui pro omnibus hominibus mortuus est, *Rom. V*, 6. 18. Ergo 1. *Job. IV*, 9. 10. Etiam si multi Christum amore reciproco non prosequantur, sed odio prosequantur, *Job. 15*, 20.

II. Pro quibus Christus est mortuus, illi etiam possunt servari, *Rom. V*, 6. 18. 19. *Cap. X*, 11. 12. Etiam ii, numero multi, qui jam ante mortem Christi damnati erant in inferno, potuissent salvari per fidem in Christum, agnum Dei, qui tollit peccata mundi, *Job. I*, 29. quique occisus est a fundatione mundi, *Apoc. XIII*, 8.

Pag.